



Plurimum Reverendo atque Clarissimo VIRO

**DN. FRANCISCO
HARDKOPFIO,**

Phil. Magistro, Verbique Divini
Hamburgi ad Aedem S. Jacobi Ministro
Fidelissimo,

*Fautori atque Amico meo fraternè
dilecto, Compatrique suavissimo.*

P*Rudentissimum vitæ institutum fuit Hipponi-
ci, Viri Atheniensis, quod filio ipsius Demo-
nico exponit Isocrates Orat. I. ad Demon.*

*C. 3. §. 5. 6. μάλλον ἐθαύμαζε τὰς πρὸς αὐτὸν σπασδαίζοντας,
ἢ τὰς τῷ γένει προσηκόντας. ἠγείτο γὰρ εἶναι πρὸς ἑταιρίαν πολ-
λῶ κρείττω φύσιν νόμου, ἢ τὸ πᾶν γένος, ἢ πρὸς αἰρέσιν ἀνάγκης:*
majoris faciebat ipsius studiosos, quam genere
conjunctos; ratus, plus conferre ad amicitiam
naturam lege, moresque genere, ac electionem
necessitate: *Equidem, qui propinqua nos sangui-
nis cognatione contingunt, eandemque nobiscum
ducunt, originem, colendi, omnique cultus, amici-
tia ac officiorum genere magis magisque nobis con-
ciliandi & devinciendi sunt; arctior, inquit Cice-
ro L. I. Offic. c. 17. colligatio est, societas pro-
pinquo-*